

Zibaldone 6.: contese Vescovo - Capitolo. (carte 107.-117.)

6.1: ricorsi del Capitolo a Roma, anni 1410.-1430. (carte 107.-112.).

Exemp. desumptum ex l. F. Arch. cap.lar. c. 21¹.

(sesto fascicolo - carta 107.)

(per l'intero fascicolo, oltre la parte centrale, il testo occupa insieme anche il margine destro)

Cum decimo nono mensis (*sin qui, in margine*) novembris M.o CCCC.o tercio decimo fuerit per Dominos Johannem de Muthonibus Decanum Cathedralis Eccl.iae Terv., Philippum de Clarutis, Johannem Delphine, ac Bernardum de Barixanis omnes Can.cos Tarvisinos, presentibus aliquibus civibus Tervisii humiliter supplicatum coram R.do in Xp.o p.re et d. D.no J.² Dei et apostolice Sedis gratia E.po Tervisino ac simili modo per plures dies ante, quatenus ipse D. E.pus dignaretur Se remove ab inquietatione, ac molestatione jurisdictionis Capituli, et revocaret quatenus de jure poterat ea quae contra jurisdictionem praefati Capituli gesserat, vid.quod alias condepnaverat, vel condepnari fecerat officiales, ac salariatos Capituli in aliquibus parvis, ac in gubernatione, et regimine divinorum officiorum ipsius eccl.ie prefatum Capitulum impediverat, et in aliis multis perturbaverat, que omnia supradicta tam ex consuetudine legitime prescripta, quam etiam ex forma Statutorum nominate eccl.ie pleno jure pertinet dicto Capitulo, tamquam contra Suos clericos sibi immediate subditos, addendo insuper, quod erant dispositi stare et vivere in pace, dummodo non deficeret per dictum D.num E.pum, supplicando eidem, quatenus dignaretur in hiis supradictis Se informare cum antiquioribus presbyteris et clericis civit. Tervisii, et sue diocesis, et de consuetudine dicti Capituli,

at ipse nullo modo voluerit assentire iis supplicationibus, nec a supradictis et similibus molestationibus cessare in prejudicium ipsius eccl.ie et Cap.li prefati, ac Subditorum ipsius, ymo, quod deterius est, postquam prefatus d.nus Decanus iter arripuit ad sedem apostolicam³, et se, et Capitulum subiecit protectioni S. Sedis apostolice, adhuc fortius invaluit quodammodo in Contemptum usurpando aliqua, que diutius ex longissima consuetudine competierunt dicto Capitulo, ut suis loco et tempore apparebit,

eapropter nos d. Johannes Delphino de Venetiis habens vocem in Capitulo ex traditione vocis expresse sibi concessa ex legitima et rationali causa a predicto Capitulo, et existens in quasi possessione ipsius, ac tamquam persona cuius interest, et d. Bernardus de Barixanis Archidiaconus prelibate eccl.ie, ambo Can.ci Tervisini facientes, et constituentes totum dictum Capitulum, cum nullus alius sit in civitate Tervisii, qui de jure, vel consuetudine dicte eccl.ie valeat convocari, coram vobis Venerabilibus Presbyteris, Nicolao Mansionario, Victore Prebendato, avancio, donato, et andrea, ac antonio, et petro rubeo omnibus mansionariis, et coram vobis omnibus clericis Prebendatis d. eccl.ie, et maxime coram vobis presbytero petro benedicto Thesaurario prefate eccl.ie, ac notario, tamquam coram publica, et honesta persona dicimus, et profiteamur prefatum Capitulum quesivisse pacem et postulasse pacem a d.no e.po, ac humiliter supplicasse eidem, quatenus dignaretur non turbare prenominatum Capitulum in sua jurisdictione, seu in sua quasi possessone jurisdictionis, prout omnes alii sui predecessores non turbaverant, et si unquam aliquid fecerunt, revocaverunt, sicut moris est boni Pastoris volentis pacifice vivere, et jus alterius non auferre, ideoque omnibus vobis prefatis sint manifesta predicta ad perpetuam rei memoriam, et qualiter ob honorem eccl.ie et Cap.li, et ob defensionem subditorum ipsius . . .

¹ *la titolazione è in margine superiore, verso sinistra:*

² *(a lato, in margine sinistro) Jacobo qui anno 1418. vita funxit (la parte sottolineata è cancellata)*
Jonnes Benedicto successit.

³ *(come sopra) Decanus iter arripuit ad Sedem Ap.licam.*

nos predicti d.ni Johannes et Bernardus nominibus quibus supra, protestamus ipsi d.no e.po nolenti se a prefatis molestationibus remove, de omnibus dapnis, interesse, et expensis factis et fiendis, et que occasione iniurie per ipsum d.num e.pum illate possent occurrere prelibato Capitulo, salvis et reservatis aliis juribus, et querelis in futurum competentibus prenominato Capitulo suis loco, et tempore deducendis etc.

Rogantes me not. infrascriptum de predictis publicum conficere debere instrumentum.

1413. Ind. 6. die 25. 9.bris (*la data in margine*) Tervisii in Sacristia majoris Eccl.ie, presentibus ven. et discretis viris D.nis presbyteris Nicolao Magistro Schole de Petro roxo Mansionario dicte eccl.ie, ac Victore et Petro de la çella Preben., testibus rogatis, et aliis, congregato et convocato Capitulo dicte eccl.ie, qui fuerunt ven. viri d.ni Jo: Delphinus et Bernardus de Barixanis, cum nullus alius etc.

ipse d. Johannes nomine Capituli Tarvisini hanc presentis tenoris fecit protestationem. vid.

V. Processo n. 18. Rodolo n. 8. Archivi Ep.lis: Sententiam cuiusdam Auditoris ad fav.E.pi.

Ex Libro officii Canipae Eccl.ae Tarvis. 1410. c. 70.t.o

Item die 2.do Octob. dedi mand.o Capituli d.no Decano qui ivit Paduam pro habendo consilium super facto edicti facti p. d. Episcopum, quod nullus clericus auderet ire extra Diocesim Tarvis. absque eius licentia ducatos IIII.or auri valor L. XX.

Item die III. dicti mensis dedi Anth.o de botanto qui portavit Paduam literam et copiam cuiusdam precepti facti per dn. Ep.m - L. III.

Ex libro officii Canipe 1411. c. 88. t.o

Infrascripta est divisio facta de mand.o d. Vicarii d. E.pi Tar. qui mandavit quod de Bonis Capituli dividerentur pro festivitibus Nativit. Domini partem aliquam de denariis, quos habere debet Equaliter a dicto Cap.lo et primo divisi prout hic patet lib. CXXXII. e sol. XII.

D. Jacobus Episcopus L: V.

Decanus - - - - - = V.

Filipus - - - - - = V. etc. Et sic ceteris Can.cis Mans. et Prebendatis.

(- carta 107. tergo)

lib. F. c. 31.⁴

In Xp.i Nomine amen. Anno eiusdem Nativit. MCCCXXVIII. indic. VII. die lune VIII. Mensis May.

Hec est quedam inquisitio (*la frase inizia in margine*) sive titulus inquisitionis, que fit, et fieri intenditur per ven. et egreg. decret. Doctorem D. Andream de Monticulo Vic. generalem R.di in Xp.o Patris et d.ni, D. Johannis Benedicto, dei et Apostolice sedis gratia e.pi Tervisini contra et adversus Ven. viros D.nos Petrumbenedictum, et Amadeum de Bladino ambos Canonicos eccl.ie Tervis.

in eo, de eo, et supra eo, quod fama publica precedente et clamorosa insinuatione referente non quidem a malevolis, et suspectis personis sed honestis veridicis et fide dignis ad haures et notitiam ipsius D.ni Vicarii, et Curie E.palis Tervis. pervenit auditu, Quod cum de anno presenti currente 1429. indict. 7. prefatus R. P. D.nus E.pus Tarv. post visitationem per ipsum factam de sua eccl.ia Tervis. scripsisset de mense Jan. dicti anni, . . .

⁴ (*la titolazione è in margine sinistro*)

et publicasset certas ordinationes, seu reformationes sanctas et laudabiles observandas in dicta eccl.ia Tervisii per Can.cos, Mansionarios, et ceteros prebendatos ac beneficiatos ipsius eccl.ie, Et illas ad perpetuam rei memoriam in forma publici edicti in carta membrana scriptas manu zandonati de corona Notarii jusserit cum brochetis patenter affigi in Sacristia ipsius eccl.ie, quo Can.ci, et ceteri ipsius eccl.ie beneficiati frequenter conveniunt; ut de contentis in ipsis Reformationibus, nemo possit ignorantiam pretendere,

ipse D.nus Petrusbenedictus Archidiaconus, consulente, suadente et favente d. D. Amadeo Can.co de mense Aprilis d. anni, dictas reformationes temerarie et presumptuose defixit, et sublevavit, dicente ipso d.no Amadeo: deffichemole e levemole via al nome del Diavolo, che le non para più, et ipsas vias asportaverunt,

abque eo, quod ipsas in suo loco hactenus refixerint, predicta perpetrantes in prejudicium animarum Suarum, et dedecus, ac contemptum ipsius d.ni e.pi et preter eius mandata. Super quibus idem d.nus Vicarius procedere intendit contra dictos d.nos Petrubenedictum et Amedeum, et ipsos culpabiles repertos punire et condemnare secundum formam juris, et sacrorum canonum statuta.

Die lune nono mensis may predicto, ad banchum audientie presente Johane et roberto de pagnano et Anthonio de pagnano precone Com. Tervis. testibus et aliis:

constituti coram dicto D. Vicario superscripti dom.ni Petrusbenedictus Archidiaconus, et Amedeus canonici inquisiti, occasione se defendendi et eradendi de inquisitione, admoniti de recte respondendo juraverunt ad S. D. Evangelia recte.

Et lecta sibi dicta inquisitione de verbo ad verbum dictus D. Petrusbenedictus respondendo et se defendendo confessus fuit, se sublevasse dictas reformationes de voluntate ceterorum Can.corum ad bonum finem, ut dominus Lodovicus a tovaleis, qui procurabat facere concordiam inter ipsum D. E.pum, et Capitulum, ipsas videret. et quod illas portavit in Sacristia nova, ubi erant congregati ceteri Can.ci simul cim D.no Lodovico, excepto, ut credit, D.no Amedeo. Que reformationes fuerunt ibi lecte. Et quod dictus D. Lodovicus illas retinuit per examinando melius eas, et ibbine ad duos, vel tres dies illas restituit d.no Jacobo a Caballis, qui illas consignavit D. Johanni de Armano Massario Capituli, qui D.nus Johannes, prout credit ipse testis, illas secum portavit Romam.

D. Amadeus predictus suo sac. respondendo de inquisitione negavit contenta in ea fore vera in illis partibus, ubi fit mentio de ipso, negans se fuisse in Capitulo, neque in Civit. Tarvisina de reform. furtim sublevata.

Qui D.nus Vicarius assignavit ipsis terminum trium dierum prox. futur. ad omnem suam defensionem faciendam.

Cui termino d. D. Petrusbenedictus renuntiavit.

vide fol. 86. eiusdem libri multa de hoc processu indigesta tamen etc.

Notatu dignum occurrit ibi, unus de Sacristis Diaconus.

(prosegue con altra grafia) Arduinus miseratione *(fin qui è in margine)* Divina SS: Cosma, et Damiani Sacrosantae Rom: Eccl.ie, Diaconus Cardinalis Novariensis vulgariter nuncupatus iudex, et Commissarius Causae, ac partibus infrascriptis a sede Ap.lica specialiter deputatus,

universis, et singulis DD. Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Subcantoribus, Thesaurariis, Sacristis, Canonicis, tam Cathedralium, quam Collegiatarum, Parochialiumque Eccl.iarum Rectoribus, seu locatenentibus Eorumdam, Plebanis, Viceplebanis, Capellanis, Curatis, et non curatis, ceterisque Presbyteris, Clericis, Notariis, et Tabellionibus Publicis, quibuscumque per civitatem, et Diocesim Tarvisinam, ac aliis ubilibet constitutis, et eorumcuilibet in solidum, ad quem, vel ad quos praesentes nostrae litterae pervenerint,

. . .

salutem in Domino, et mandatis nostris hujusmodi, imo verius Ap.licis firmiter obedire.

Noveritis, quod nuper SS:mo in Xp.o Patri et Domino Nostro Domino Martino Divina Providentia Papae V., pro parte Venerabilium Virorum DD: Decani, et Capituli, aliarumque personarum Eccl.icarum Eccl.iae Tarvisinae, exposito querelose, pro ut in quadam . . .

(*sesto fascicolo - carta 108.*)

querelae expositione Papiri cedula Sanctitati Suae porecta, cujus tenor de verbo ad verbum talis erat etc.:

Solam D: Noster Papa dictam querelae, sive expositionis cedulam Rev:mo in Xp.o Patri, et D: D: Lucido miseratione Divina Sanctae Mariae in Cosmedin S: R: Eccl.iae Cardinali de Comite vulgariter nuncupato tradens sibi vivae vocis oraculo commisit, et dedit specialiter in mandatis, ut se de singulis in dicta cedula contentis informaret, et ea quae per informationem reperiet in Concistorio Secreto Sanctitatis Suae, ut moris è, referat,

per quem quidam D: Lucidum Cardinalem aliquantulum processo, tandem ipse D: Lucidus Cardinalis ex illis certis causis animum suum moventibus se a Romana Curia absentavit, per cujus absentiam memoratus D: Noster Papa nobis Arduino Cardinali Judici, et Commissario praelibato quamdam commissionis, sive supplicationis cedulam, per certum suum Cursorem presentare fecit, quam nos cum ea, qua decuit reverentia recepimus hujusmodi subtenore:

Dignetur Sanctitas Vestra omnes, et singulas Causas Beneficiales, profanas, Civiles, et Criminales Rev:mo in Xp.o Patri, et D: D: Lucido, miseratione Divina S: R: Eccl.iae, Sanctae Mariae in Cosmedin Diacono Cardinali, de Comite vulgariter nuncupato, quarumcumque Commissionum vigore commissas, in quibus devotus Vester Joannes de Murer Clericus Albastadensis Diocesis Notarius ad Scribendum è deputatus propter ipsius D: Cardinalis ab hac alma Urbe, et Curia Romana recessum usque ad ipsius reditum, ad eandem in eo statu, in quo ultimo coram eo remanserant indecisae alicui. alterius ex Rev:mis in Xp.o Patri: D: D: Sacrosanctae Romanae Eccl.iae Cardinalib: Comitere, resumendum, et ulterius audiendum, cognoscendum, decidendum, et fine debito terminandum cum omnibus, et singulis suis emergentibus, incidentibus, dependentibus, et connexis, et cum potestate omnia, et singula faciendum, quae idem D: Lucidus Cardinalis fecisset, seu facere potuisset, si a dicta Curia non recessisset, in fine vero dictae commissionis sive supplicationis cedulae scripta erant de alterius manus littera superiori litterae ipsius cedulae penitus, et omnino dissimili, et diversa haec verba, videlicet de Mandato D: N.ri Papae audiat Reverendus P.r D: Cardinalis Novariensis, resumatur, ut petitur.

Cujus quidem commissionis vigore Causa hujusmodi, ac omnibus, et singulis aliis causis per supradictam Generalem commissionem nobis commissis in statu, in quo coram dicto D: Lucido Cardinali de Comite tempore recessus sui à dicta Romana Curia remanserant per nos generaliter resumptis subsequenter fuimus pro parte dictorum DD: Decani, et Capituli aliarumque personarum Eccl.icarum Eccl.iae Tarv: principalium procuratorum debita cum instantia requisiti quatenus lite pendente ac omnium, et singulorum in praeinserta querelae, seu expositionis cedula contentorum, et promissorum litteras nostras intimatorias ad D: Joannem Episcop. Tarvis. modernum supra ex adverso principaliter nominatum, omnesque alios, et singulos, quorum interest, intererat, aut interesse poterit, quosque super exposita tangiant, aut tangere possint quomodolibet in futurum extra Rom: Curiam, et ad partes in vim spoliationis super D: Cardinali de Comite, et nunc nobis factae commissionis . . .

(- *carta 108. tergo*)

in forma debita, decernere, et concedere dignemur.

. . .

Nos igitur Arduinus Card: Judex, et Commissarius praefatus attendentes requisitionem hujusmodi fore justam, et consonam rationi, volentesque mandatum Ap.licum nobis in hac parte directum in hac parte exiui reverenter, ac partibus praedictis, dante Dominio justitiam ministrare, ut tenemur auctoritate Ap.lica nobis commissa, et qua fungimur in hac parte vos omnes, et singulos supradictos, et vestrum quemlibet in solidum, tenore presentium requirimus, et monemus primo, secundo, tertio, et peremptorie vobisque nihilominus, et vestrum cuilibet in solidum in virtute Sanctae Obbedientiae, et sub excommunicationis pena, quatenus in vos et vestrum quemlibet Canonica monitione praemissa ferimus in his scriptis, nisi feceritis quae mandamus districte praeciando, mandantes quatenus infra sex dierum spatium post praesentationem, seu notificationem praesentium vobis, seu alteri vestrum factam, et postquam, pro parte dictorum DD: Decani, et Capituli aliarumque personarum Eccl.icarum Eccl.iae Tarv: principalium vigore praesentium super hoc fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus immediate sequentes. quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo, et reliquos duos dies vobis, et singulis universis supradictis pro tertio, et peremptorio termino, ac monitione Canonica assignamus

Ita tamen quod in iis exequendis unus vestrum alterum non expectet nec unus pro alio se excuset ad praefatos D. Joannem modernum Episcop. Tarv., ac omnes alios, et singulos quorum interest, intererit quosque super exposita, et commissa tangunt, aut tangere possunt quomodolibet in futurum, de quibus fueritis, ur praemittitur, requisiti, seu requisitus personaliter accedatis, eisque, et cuilibet ipsorum, litis pendentiam hujusmodi, et omnia, et singula superexposita, et commissa, ac in praesentibus litteris contenta intimatis, insinuatis, et notificatis, ad eorumque, et cuiuslibet ipsorum indubitam notitiam deducatis, ne de eis, seu aliquo ipsorum imposterum aliquam ignorantiam valeant allegare, et ne in praejudicium hujusmodi litis pendens, et praedictorum aliquid attentare praesumant quousque super his per nostras litteras aliud duxerimus intimandum. a. Diem, vero, Intimationis nostrae praedictae, nobis quam citius poteritis fideliter intimare curetis; absolutionem vero omnium, et singulorum, qui praefatam nostram sententiam excommunicationis incurrerunt quoquo modo, nobis vel Superiori Nostro tantummodo reservamus.

In quorum omnium, et singulorum fidem, et testimonium praemissorum praesentes nostras litteras exinde fieri, ac per Notarium Publicum infrascriptum subscribi, et publicari mandavimus, nostrique sigilli fecimus appositione muniri.

Datum, et actum Romae in domibus solitae nostrae ressidentiae sub anno Nativitatis Domini 1429. Indic. 7. die vero 30., et ultima Mensis Junii Pontificatus praefati D. N. Papae anno 12.

praesentibus ibidem Venerabilibus viris D. Bartholomeo della Porta Canonico Novariensi, et Marco Lamberto Rait litterarum Ap.licarum abbreviatore testibus ad praemissa vocatis specialiter, et rogatis.

Ego Joannes de Alex. (?) de Mekiv (?) Clericus Alberstadensis Diecesis Publicus Ap.lica, et Imperiali Auctoritate Notarius Reverendissimique in Xp.to Patris D: D: Arduini Cardinalis, et commissarii Praefati, et hujusmodi causae coram eo scriba, quia predictae intimationis, petitionis, et eius decreto, omnibusque aliis, et singulis, cum sic, ut praemittitur, fierent, ac agerentur, una cum prenominate testibus praesens fui, eaque sic fieri vidi et audivi, et in notam recepi, et exinde hoc presens publ.um instr.um per alium scriptum ex.....xi, et subscripsi, et publicavi, nomine et sigillo meis solitis, una cum dicti D. Cardinalis appositione sigilli consignavi, rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium premissorum.

(sesto fascicolo - carta 109.)

(il testo che segue è stato barrato; le tre prime parole sono in margine)

Arduinus miseratione divina SS.um Cosme et Damiani Sacrossante R. E. diaconus Card. Novariensis vulgariter nuncupatus, Judex et Commiss.us cause ac partibus infrascriptis a sede apostolica specialiter deputatus.

Universis et singulis d.nis Abbatibus, prioribus, prepositis, decanis, Archidiaconis, Scolasticis, Cantoribus Succantoribus, Thesaurariis, Sacristis, Can.cis tam Cathedralium, quam Collegiatarum, parochialiumque ecclesiarum Rectoribus, seu locatenentibus eorundem, plebanis, viceplebanis, Capellanis, Curatis, et non curatis, ceterisque presbyteris, clericis, notariis, et tabelionibus publicis quibuscunque per civitatem et diocesim ac aliis ubilibet constitutis, et eorum cuilibet in solidum etc. (*il testo è barrato sin qui*)

Supplicationis tenor talie é.

Beatissime Pater, etsi (*in margine sin qui*) gravis a plerisque judicatur eos, qui aliorum facinora, et improba facta, quam qui ipsorum auctores commemorant nituntur audire, attamen multo, multoque gravius, ac intolerabilius è injuste, nequiterque oppressos hisce, et maxime tuae aequissimae felicitatis temporibus, obmutescere.

Licet enim, Beatissime Pater, in Eccl.ia Tarv. quamplurime justae, ac laudabiles consuetudines, ac statuta, quae singuli in sua receptione receptione Canonica observare juravit, hactenus inviolabiliter viguerunt, per quae devoti Sanctitatis Vestrae oratores Decanus, et Capitulum dictae Eccl.iae ipsam pacifice, laudabiliter, et quiete rexerunt, eorum vigore in personas ejusdem Eccl.iae immediatam, et in solidum jurisdictionem habentes, de quorum quidam contrario hominum memoria existit: nihilominus R. P. Frater Joannes Benedicto ordinis Fratrum Predicatorum dictae Eccl.iae modernus Episcopus, ex radice depravatae hypocrisis, et tyrannicae insolentiae motus hujusmodi consuetudines, et Statuta turpiter violare, Decanum, et Capitulum praedictis suis juribus multipliciter spoliare, novos ritus, et observantias in Eccl.iae, et divinorum Cultu inducere veteres, et laudabiles pervertere praesumpsit.

Quapropter in Clero, et populo civitatis Tarvisinae plurima, et maxima odia, rixae, et scandala orta sunt, gravioraque sperantur, et quidam, ut ita dixerim, non sine quadam suspitione erroris fidei Xp.tianae, funiculus, quae ut melius fore posset, optimos Eccl.iae, et Divinorum ministros sua saevitia expulit, et Eccl.iam vel Divinis servitiis vacuum dimisit, vel perfidos, et ignaros ad ejus cultum induxit, turbam dissolutorum secum nutriendo, meros laicos officiis Eccl.iae ipsius praeficiendo, sibi quoquo modo coniunctos alendo, in pessimos, damnabilesque usus, bona Eccl.iae dissipando. Et dum in publicum prodit appud mulierculas verba insaniam, mendacia, et indocta vomitat.

Inter caetera dum a Sanctitate Vestra, et cum quindecim, super voto Sepulcri Dominici, Beatorum Petri, et Pauli, et S: Jacobi dispensandum facultatem obtinisset asserens, cujus occasione apud indoctum, et credulum vulgus, non modo quindecim, sed pene infinitos absolvere, secumque dispensare veritus non è, solo mamonnae iniquitatis incendio aestuans. Charitatem praeterea laudat, quam in se minime amplectitur, justitiam commendat, cujus violator dignoscitur, temperantiam, et Castitatem extollit, quorum hostis notissimus è, aliasque virtutes effert, quarum observantiam contemnit. Novas exactiones exquirat, clerum suum gravibus taliis, et impositionibus premit, . . .

(- carta 109. tergo)

pro horrendis delictis poenas tantum pecuniarias iniungit, et qui reus mortis, vel exilii alteriusque poenae exstitit dignus, si se poecunia redemerit, omni culpa, ac delicto liber è. Quousque autem hujusmodi actibus illaqueare nequit, talia in eos confingit, et machinatur, ut suam innocentiam purgare, et vexationem redimi cogantur.

Sacrum Baptisma nullus suae Diocesis Rector abque ipsius Episcopi licentia, et prius pro ipso idonee satisfacto exercere audeat, quo fit, ut parvuli permulti sine hujusmodi Sacramento sepie perierint. Beneficia quoque Sedi Ap.licae tantummodo reservata, scienter, et inhabilibus, et indignis contulit pro ut in Vicaria dictae Eccl.iae, de qua Nepotulo suo providit manifestatissime constat, Et quod detestabilius è, ostensis litteris vestrae Sanctitatis sub poena excommunicationis officialibus dictae Eccl.iae, . . .

ut eidem nepotulo, tamquam vero Vicario cum fructibus responderent praecepit, varias siquidem extorsiones quotidie meditatur, quas cum in Eccl.iae utilitatem, ac reparationem convertere erogat asserat, in doctibus consanguineorum, in alimento Parentum, in turpissimorum usu miserabili, desolatam Eccl.iam negligens, perit B: P: in manibus hujus praesulis populi devotio, perit universa Religio, pereunt boni mores, et sola hijpocrisis cervicem suam erigit.

Mandatis insuper Ap.licis, quam obbediens, secundae, et tertiae litterae Vestrae Sanctitatis manifestius declarant, quas pro exactione decimae Sanctitas Sua sibi direxit, quibus cum parere coactus sit, rescripsit, se velle potius Deo, quam hominibus obbedire. Simulata hijpocrisis, et excogitata fraus, si hic, Pater Beatissime, fari licet hanc inveteratam, et perfidam hijpocrisim altius intonarem, scelera, et nefanda hujus Praesulis Crimina in medium adducerem, ut ejus falsam, et confictam vitam morumque dissolutionem quisque plenius intelligeret, ne extorsiones, oppressiones, violentias, perturbationes, insolentias, rapinas, iniquitates, et injustitias, aliaque ejus scelera quae innumerabilia sunt admirentur, sed ipse sibi consequentia, et cognata facile judicaret, quae propter ipsarum turpitudinem tacitus nunc praetero.

Verum, Pater Beatissime, licet praedicta devoti Oratores Vestri Decanus et Capitulum Eccl.iae Tarv: diri passi ferre amplius nequiverint, ad pedes Vestrae Sanctitatis recurrentes contra eundem Episcopum Causa super spoliatione, turbatione, et inquietatione jurisdictionis, ac aliis tunc expressis Venerabili Viro D. Joanni de Malla Sacri Palatii Causarum Auditori committi obtinuerint, ipsumque Episcopum citari fecerint, nihilominus eadem Sanctitas minus recte, ut creditur informata, eandem causam advocari, et in partibus committi in grave prejudicium, ac jacturam dictorum exponentium concessit, et quia haec causa gravis è, et multis articulis juris implicita, et nisi apud Cu- . . .

(sesto fascicolo - carta 110.)

-riam Vestrae Sancitatis commode sopiri non valeat, quaeque propter favores, et mores dicti Episcopi in partibus justitiae complementum dicti exponentes assequi non sperant.

Quare supplicant Sanctitati Vestrae humiliter Decanus, Capitulum aliaque personae Eccl.icae dictae Eccl.iae Tarv: quatenus sibi Paterno compatiens affectu eidem Auditori Causae cujus statum etc. hic dignamini habere pro sufficienter expressis, ut juxta formam primae commissionis etc. procedat, quodque alicuj ex Rev.mis Patribus D: D: Cardinalibus, ut de extraneis, moribus, vita, excessibus, et defectibus dicti Episcopi plenius, et specialius deducendis summarie simpliciter, et de plano etc. se informet, ut referat ad finem, ut Sanctitas Vestra possit de opportuno remedio providere eodem Episcopo ex causis hujusmodi privato, suspenso, aut saltem translato, et alium idoneum in dicta Eccl.ia preficere in Episcopum, et Pastorem, quodque Decanum, Canonicos, et personas ac Capitulum dictae Eccl.iae Tarv: ab omni jurisdictione dicti Episcopi, quandiu eidem Eccl.iae praefuerit eximere, et exemptos declarare, totalisque juridictio in singulares personas exercendo juxta praefatam, et antiquam ipsius Eccl.iae consuetudinem, ad Decanum, et Capitulum iterum plenarie devolvatur, committere dignetur, Constitutionibus Ap.licis stilo Palatii, et aliis forte congruis non obstantibus quibuscumque, et clausulis opportunis. Idem etc.

(cambia ancora la grafia)

Ex eodem libro F. c. 39.

Ista sunt capita contra et adv.m c. et primo

1. Quia juridictio Eccl.iae Majoris Tarv. pertinet immediate ad Decanum et Capitulum, ipse quidem perturbavit.

2. Item quia facit, et fecit constitutiones, ordinationes, provisiones, sine consensu Capituli, quod est contra jus commune, et contra Statuta n.ra.

. . .

3. Item quia immutavit poenas, et agragavit facta per visitatores apostolicos, quod est Seve.⁵

4. Item imposuit, et aggragavit clericos dicte eccl.ie, qui sunt clerici Saeculares, aliquas stricturas, et cyrimonias, ac si essent Regulares, prout faciebat, dum esset Prior in ordine Predicatorum, quod est contra jus et consuetudinem predictae ecclesie.

5. Item indebite, et quasi violenter Jurisdictionem Decani, et Capituli vigore Statutorum d.tae eccl.ie. perturbavit: vid.et cum licentia cuidam Presbytero d. eccl.ie eundi Romam ex voto per d.o Decanum, et Capitulum concessa fuisset: quia talis juridictio, et auctoritas per Statuta et consuetudines predictae eccl.ie ipsi Decano, et Capitulo plenarie attribuitur. Illam iniuste tevocavit et dicto Presbyt. sub poena privationis imposuit, ne votum adimpleret, vid. ne Romam adiret etc

6. Item cum quidam Presbyter Jo. de roma Poenitentiarius eccl.ie chatredalis et deputatus ad conferendum baptisma omnibus de civitate tarvis. et Suburbiorum vellet recedere de civitate, et peteret licentiam a d. Capitulo, ut juris est, et tenebatur, et fuisset sibi denegata propter periculum, et praejudicium animarum imminens ob absentiam predicti Presbyteri, dictus D. E.pus contra Jurisdictionem dicti Capituli, dictam licentiam se absentandi, invito Capitulo, concessit, etc.

7. Item quia dictus D.nus E.pus spernit dictum Capitulum, in quo sunt nobiles viri, egregii doctores, venerabiles Sacerdotes. et affictat, ablevat, alienat possessiones e.patus ultra tempus statutum a jure, dicto Capitulo irrequisito etc.

8. Item minuit dignitates, clericatus ex eccl.is Collegiatis, quod est contra jus etc.

9. Item quod nonnulli clerici propter stricturas per eum impositas de dicta eccl.ia recesserunt, quapropter eccl.ia inde maximum patitur detrimentum, cum nulli audeant venire, nec convocari, propter causas, et rationes assignatas etc.⁶

10. Item, quod iniquius. Cum quidam Canonici predictae Eccl.ie numquam fecerint residentiam in praelibata eccl.ia, . . .

⁵ (a lato, in margine sinistro) Visitatores Apostolici etiam in Statutis commemorantur.

⁶ (inizia a fondo pagina, in margine sinistro) exemptiones, ut aiunt, passivas recentiores esse eruditi norunt. Thomassinus Monachorum subiectionem e.pis adserit usque ad saeculum XIII., Synodus Mediolanensis Bergomi habita A. 1311. ad XIV.

V. Saxii Ep.lam post eam Synodum RR. Italic. Script. To. IX. D. 8. 12. pag. 579.

Caeterum Episcopum in Canonicos laicis vestibus abutentes animadveerere iubebant Statuta Concil. Vienn.

(continua a fine margine inferiore) Clem. Quoniam de vita et hon. cleric. quam innovavit Trident. Sess. 14. de Ref. l. 6. Praeterea devolutivam . . .

(termina in margine sinistro di pag. 110. tergo, cominciando dall'alto) devolutivam iurisdictionem semper episcopos habuisse in exemptos ambigendum non est.

V. Abbat. in Cap. Cum contingat de Foro C.ti cui consonat Decr. Leonis X. in Concil. Lateran.; in Civilibus quoque parebant episcopo exempti V. Eccles. Ven. illustr. To. 6. p. 168. habetur Bulla Martini IV. A. 1281. 15. Febr. ex qua patet Fratres Militiae Templi S.ci Thomasii de Tervis. tractos in causam ante E.pum Ter. et ab eo auct.e ordin. iudicatos.

V. Genuens. Praxis Cap. 59. n. 9. et 10. pag. 185.

V. Innocent. IV. Decret. in 6. de Privilegiis Tit. VII. Cap. I. lib. Volentes.

Praeterea episcopos uti Sacr. Canonum Custodes in sua dioecesi potuisse olim ad eorum observantiam etiam Regulares compellere, inter cetera probat Synodi Bitucensis decretum an. 1336. a Benedicto XIV. relat. de Syn. Dioec. l. 9. Cap. 7.. n. 1. quem locum. vide.

V.Processo D. pro D. Catena Inform. II. 1362. 23. 8.bris. Hinc Dominium Venetiar.m Pot.i Tarvis. iubet "quatenus duos Monachos S. M.ae Novae (quos ad instantiam sui Prioris carceri mancipaverat) assignari faciat E.po Tarvisiano, qui eos requisivit, et de ipsis faciet quod iustum fuerit etc."

1373. 5. X.bris. Ep.us Tarvisin. procedebat "tamquam ordinarius et tamquam in loco commissi delicti" contra Abbatem, et Monachos Nervisianos quod "Brachium S.ci Eustachii distraxissent licet Monasterium ipsum nullo medio ad Romanam Ecclesiam pertinere" cognosceretur.

1366. 28. Februarii. Ex Regestis Litterarum in Tabulario Com. ac etiam ex Collection. Victoris Com. de Scotis. To. IX. p. 53. 125. etc.

4. Martii Anno 1327. Prb.r Nocolaus Rector S. Laurentii de Arcadis olim denunciatus coram D. Jacobo de Bavaria Vic. D. E.pi de insultu facto in Odoricum de Arcadis, et ab ipso Vic. absolutus etc. Decreto Ancianorum et Sapient.m Curie Tarvisii de Libris Bannitarum expungitur. Ex Quaterno Reformat.

Nota: Ecclesiam de Arcadis pleno iure suppositam esse Abbati Nervisiano.

Nota II.: quaterni episcopales in Archivo Capituli asservati plura exhibent acta, maxime in Causis Civilibus, contra exemptos: ac etiam c. Fr.es de Montello, die 15. julii. (fine della nota 6)

quod est non solum contra statuta predictae eccl.iae, verum etiam contra jus commune, et, quod horribilius, predicti Can.ici numquam habitum clericalem debitum, et honestum tulerunt, nec ferunt: sed tamquam meri, verique Saeculares proficiscuntur, ut omnibus notum est, predictus E.pus praedictis Canonicis non solum, ut habitum, tonsuramque deferent, imposuit, verum etiam nullam eis unquam monitionem fecit. hac quidem potissima ratione, cum predicti Canonici filii aliquorum nobilium venetorum amicorumque suorum existant.

Ac eos, qui dieque, noctuque continuis vigiliis, et laboribus eccl.iae praedictae inserviunt, ac deserviunt acerbissime pertractat etc. quod est impium, et iniustum.

11. Item dictus D.nus E.pus mandavit Capitulo prelibato de Anno 1420., ut indueret quemdam suum famulum nomine egidium, et expositi fuerunt ducati octo auri, quod minus justum fuit.

12. Item habuit d. D. E.pus a predicto Capitulo de anno 1421. duc. viginti quinque auri pro redimendo fr.es suos, qui tunc erant in carceribus mancipati, et hoc de suo mandato violato.

13. Item predictus habuit, et mandavit in predicto Mill.mo ab officialibus Capituli plaustra duo Calcine, valor ducatorum duorum.

(- carta 110. tergo)

14. Item habuit pred:us d. E.pus, et mandavit dicto Capitulo tempore, quo impositum fuit charitativum subsidium, solummodo prelatis et mitriatis, ut dictum Capitulum sibi daret duc. 12. aureos, et habuit.

15. Item mandavit etiam omnibus clericis Sue diocesis consimiles exactiones indebitas, praeter mentem, et voluntatem Sanctissimi D. N. Pape, ob quam rem multas pecunias inde habuit omnibus invitis et timore ducti (*sic*).

16. Item predictus habuit a pred:to Cap.lo, quum Reverendissimus Dom.nus Cardinalis de Ursinis transivit per diocesim Tarvisinam ducatos duodecim pro expensis d. D. Cardinalis, cum dictus E.pus teneretur, predictas expensas propriis sumptibus facere.

17. Item multas pecunias a toto clero indebite exegit praeter eorum voluntatem.

18. Item, quod horribilius: pred:us E.pus eccl.ias sue diocesis per quemdam non solum laycum, verum etiam bigamum visitare fecit, et multas exactiones et extorsiones iniuste, et indebite commisit.

19. Item pred:us E.pus, cum quidam Canonicus filius cuiusdam nobilis venetiarum publice, ac etiam predicto episcopo presente, chorum introisset, et tamquam merus laycus in choro existeret, nec unquam etiam habitum, tonsuramque portaret, et per cl.cos facta sibi fuisset conscientia, non solum predicto Can.co aliquam monitionem fecit, ut habitum saeculare inhonestissimum deponeret, sed predicto aliquid unquam dixit, impieque toleravit, quod est contra statuta, jus, et constitutiones episcopales, et bonos mores.

20. Item cum domus prefati Canonici egeret reparatione dicto D. E.po notificatum fuit, quatenus dignaretur secundum pred.te eccl.iae statuta dictam domum reparari facere sumptibus prefati Can.ici, qui dictus D. E.pus nihil voluit facere, nec statuta eccl.iae servare. Post vero certum tempus predicta domus corruit ex culpa dicti D. E.pi Elapsis vero postea aliquibus diebus dictus d.nus E.pus predicto Capitulo precepit, sub certa pena, quatenus debuisset prefatam domum sumptibus Capituli refici facere, et non expensis dicti Canonici, cui domus predicta jandiu fuerat assignata, secundum Statuta et ex voluntate dicti Canonici.

21. Item predictus e.pus volens ypocrisim exercere sub specie et velamine equitatis nonnullos clericos sue diocesis acriter condemnavit in fabricam porticalis eccl.iae Majoris Tarv., que pecunie fuerunt deposite penes quemdam civem tarvixinum et fuerunt ultra libras tricentas, postea vero predictus e.pus pensate et occulte predictas pecunias a predicto cive petiit et exegit, et cum effectu habuit: et nunquam in fabricam eccl.iae pred.te fuerunt convertite; sed eas s. pecunias possidet indebite.

. . .

22. Item dictus D. E.pus publice predicavit, et predicat, se a Sanctissimo d. n.ro pp. licentiam, et auctoritatem plenissimam dispensandi, et absolvendi habuisse viros XV. qui causa voti romanam urbem, ac S. Jacobum, et Sepulcrum accedere debuissent Sed non XV., verum etiam septuagies septies, ac infinitos absolvit, et cum predictis pecunioxe dispensavit, cum nihil in Scriptis de predicta licentia, et auctoritate appareret.

23. Item cum prebende aliquorum Canonicorum, qui numquam residentiam in prelibata eccl.ia fecerunt, merito secundum statuta antedictae eccl.iae ad Canipam Cap.li devolvi debuissent propter eorum absentiam, et nunquam celebratam residentiam, et defectus ordinum, predictus e.pus expresse ac publice predicto Capitulo inhibuit et precepit, ne tales prebendas ad predictam Canipam devolvi faceret. Cum tales Canonici sint ipso jure privati propter rationes et Causas suprascriptas.

24. Item sunt tres anni, vel circha, quibus ipse precepit Cap.lo comminatorie cum verbis iniuriosis, quatenus deberent dari facere Presbyt. Jo: de Coneglano aliquas pecunias habitas pro certo funere sepulto extra parochiam, qui, dictus Presbyter Jo: iverat pro suis negotiis propriis extra civitatem, et hoc fuit contra Statuta nostra, quia non interessentes nihil precipiunt.

25. Item quia dum quidam attinens suos recepisset ad afflictum beneficium nuncupatum Vicariatus perpetuus, precepit officialibus positis super distributionibus, et redditibus distribuendis, quatenus sub poena excommunicationis deberent Lodoyco Marino nepotulo suo integraliter respondere de omnibus obventionibus, et distributionibus eccl.iae Tarvisine, veluti vero, et legitimo vicario perpetuo, et quod deterius est, post appresentationem bullarum Apostolicarum, et processum sibi factum per Vicarium perpetuum vid. Plebanum S. Symeonis Prophetae, adhuc precepit officialibus supradictis quatenus dicto Lodoyco Marino nepotulo suo sub poena libr. XV. deberent de fructibus, et obventionibus, et distributionibus eccl.iae integraliter respondere.

26. Item dum esset fama publica per civitatem de infamia Jo. de Fabriano Vicarii sui de vicio sodomitico per eum commisso, et dictus D. E.pus nollens justitiam exercere, concessit sibi equos et famulos, ut arriperet fugam, et omnia eius bona asportari permisit extra civitatem etc.

27. Item sub regimine d. L. Charavello potestatis Tarvisii fuit et est fama publica quod ex persuasione, de consensu, et voluntate predicti e.pi quidam suus famulus et preco accusatus est, et traditus in manibus dicti D. potestatis; quia dicebatur, quod d. Preco furatus fuerat certas pecunias cuidam suo factori, qui nominatur Franciscus de Pixis; ob quam causam dictus preco in carceribus existens et desperatione ductus laqueo se suspendit.

28. Item ut sciret facta suorum clericorum per subdolam inventionem volebat obtinere, ut omnes clerici curatis Tervisii non possent confiteri, nisi tribus Presbyteris eccl.iae, ex qua re oriebatur maximum inconvenientia atque scandalum et scisma maximum inter clericos, et toto posse conatus fuit per revelationem alicuius dictorum confessorum posse scire secreta dictorum clericorum etc. etc.

29. Item in festo Purificationis B. Mariae post vesperos comminatorie Canonicis omnibus, vos voluistis assassinari facere Vicarium meum, cum nil fuisset factum dicto Vicario, nisi certa verba comminatoria, per quemdam juvenem attinentem D. Nicolai de Valdebladino T. Canonici.

. . .

(sesto fascicolo - carta III.)

30. Item dum bono zelo quondam d. Petrus rubeus Can:cus Tarvis. diceret, quod occasione sui episcopatus erant cupi cuiusdam domus Canonicalis disrupti, et quos dignaretur aptari facere per suos ministros, qui tunc sibi laborabant, et comminatorie dixit dicto d. Petro, qui erat Magister fabrice, ite vos et solvite. quia promitto vobis, quod deteriorabo vos duabus ventinis ducatorum.

31. Item predictus D. e.pus exactionem clericorum tardavit, et literis Apostolicis veraciter non obedivit, ut debat etc.

. . .

ibi c.te 70.

Johannes (*parzialmente in margine*) miseratione divina tit. S. Laurentii in lucina Sacros. R. E. Presby. Card. Rothemagensis vulgariter nuncupatus Judex, et Commissarius causarum, et Causae ac partibus infrascriptis a d.no n.ro Papa specialiter deputatus,

universis et singulis d.nis Abbatibus, prioribus, prepositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis., Thesaurariis, Cantoribus, Custodibus, Sacristis, Succensoribus tam Cathedralium. quam collegiatarum Can.cis; parochialium ecclesiarum Rectoribus, et locumtenentibus eorumdem, caeterisque presbyteris, plebanis, viceplebanis, Capellanis, Curatis et non curatis, clericis, notariis, et tabellionibus publicis quibuscumque per civitatem, et diocesim Tarvisinam, ac alias ubilibet constitutis, et eorum cuilibet in solidum, et illi, vel illis, ad quem vel ad quos presentes n.re litere pervenerint, salutem in d.no,

Noveritis, quia nuper SS.mus in Xp.o Pater et d.nus n.er D.nus Martinus divina providentia Papa V. quamdam Commissionem, sive supplicationis Cedula nobis per certum suum Cursorem presentare fecit, quam nos ea, qua decuit reverentia recepimus huiusmodi sub tenore Beatissime Pater, alias in Sacratissimo consistorio.

hic desunt multa.

Ex cedula origin. existente in libro extra sign. F.

In Xp.i no.ie amen.

Forma retractandi quae (*sin qui in margine*) praeposita et dicta sunt contra D. E.pum, si placet, ut jacet inferius..

Pater beatiss.me. Cum per Decanum, et Cap.lum eccl.e Tarvis. fuisset facta Commissio a d.no Johay de armano Can.co Tarvis., Sindico et Procuratori Cap.li praelibati, super prosecutione cuiusdam appellationis interpositae ad Sanc.tem V.ram per heditum Cap.li a certis gravaminibus, et actis contra dictum Cap.lum per D. Jo: de Fabriano tunc Vicarium R. P. et D. D. Jo: Benedicto e.pi Tarvis. in ipsius D.ni E.pi absentia:

dictus Sindicus et procur. in Rom. Cu. coram Sc.tem V.ram in publico Consistorio proposuit seu proponi fecit quedam Criminalia contra d. D. E.pum praeter et contra mandatum et voluntatem d.ti Cap.li excedens limites et fines mandati quadam motus iracundia, ex eo quia dictus D. E.pus misit post eum ad dictam Curiam quemdam processum criminales agitatum alias in e.pali Curia Tar. contra d. D. Jo: assertum sindicum et procuratorem:

quae crimina contra d. D. E.pum obiecta cum false obiecta fuerint, et contra voluntatem dicti Cap.li, et eius intentionem, et contra veritatem, dictum Cap.lum seu d. A. nuncius d. Cap.li Sindicus et Procurator habens ad hoc speciale mandatum ea revocat, et annihilat tamquam falsa, et false dicta, et non vera maxime cum d. Cap.lum habeat et reputet dictum D. e.pum bonum, rectum, et sincerum, et bonae famae virum, et sic habuit eum ab annis X. citra quibus eidem Cap.lo preefuit in E.pum.

Ceterum cum super aliis differentiis, tam gravaminum in dicta apellatione contentorum, quam jurisdictionibus dicti Cap.li [et hic, aut infra ponantur cap.la dictarum jurisdictionum prout sunt data in folio etc.] cum d. D. E.pus cum dicto suo Cap.lo, et e converso dictum Cap.lum cum d. D. E.po sunt concordēs ideo d.um Cap.lum dictae apellationi renunciat, supplicans S. V. ut dignetur cap.la praedicta jurisdictionis d. Cap.li auctoritate Ap.lica confirmare, cum de dicti D. E.pi voluntate procedat et consensu.

(*il resto della pagina è bianco*)

(- carta 111. tergo)

Quibus per S. V., ut decet, pacienter auditis, Rev.mo Patri et D. D. Cardinali de Comitibus E. S. commisit, imposuit, et mandavit, ut de premissis informationem reciperet, et E. S. in consistorio Secreto referret, qui Rev.mus P. D.nus Cardinalis recepta certa informatione, ut creditur, ante factam relationem de quo edem e.po constet, de Romana Curia se absentavit, et propter ipsius absentiam, certa generalis Commissio omnium causarum sibi commissarum, in quibus notarius dicte cause scribebat, nulla tam de ipsa causa facta speciali mentione, . . . Rev.mo Patri d.no Cardinali Novariensi reperitur presentatas, cuius vigore idem D.nus Cardinalis Commissionem eandem, ad instantiam ipsorum Can.corum et Cap.li dicitur in partibus intimasse, seu intimari mandare, nihilque ulterius postea est secutum.

Cum autem, Beat.me Pater, et D.ne Clementissime, ut plurimum, criminibus irretiti, ne per ordinariam et superiores, qui melius eorum mores noscunt, virgam correctionis sentiant, in Patrem et D.num conspirantes, sua quodammodo crimina in illos revolvere pro posse conantur, qui canone testante, quasi signa positi sunt ad sagittam, et quia non possunt omnibus complacere, cum ex officio teneantur non solum arguere, sed etiam increpare: qui ac etiam interdum suspendere, nonnumquam vero ligare, frequenter odium multorum incurrunt, et insidias patiuntur, et ideo SS. PP provide statuerunt, ut accusatio Prelatorum non facile admittatur, ne concussis columnis, corruat hedificium, nisi diligens adhibeatur cautela, per quam non solum fere false et maligne criminationi janua precludatur.

Ea propter ut premissis obviari valeat, nec malignandi cotidie crescat audacia pro parte ipsius Rev.di Patris. D.ni E.pi E. S. supplicatur humiliter, et devote, quatenus alicui alteri ex Rev.mis Patribus D.nis Sacrosancte R. E. Cardinalibus committere, et mandare dignemini, ut causas predictas omnes resumens in his terminis, in quibus ultimo remanserunt, eosdem Decanum, Can.cos, et Capitulum ad inscribendum sub talionis poena de probandis predictis certum eis breve terminum statuere compellatis.

Quod si fecerint, et in probando deficiant, pro ipsorum calumniosa accusatione pena talionis puniat, aliasque: et in omnem eventum, omnes et singulas causas, diffamationis et iniuriarum, quas R.dus P.r et D.nus E.pus contra ipsos Decanum, Canonicos, et Capitulum, omnesque alios, et singulos diffamatores et iniuriatores ipsius monet. et monere vult, et intendit omnes et singulas causas prefatas, et alias quascumque inter dictas partes vertentes, et in eadem Curia per appellationem, vel quamvis viam introductas cum omnibus et singulis incidentibus, dependentibus, emergentibus, et connexis, audiat, cognoscat, et in fine debito terminet, et decidat, cum potestate citandi predictos Decanum, Can.cos, et Capitulum, omnesque alios et singulos infamatores, et iniuriatores, et alias Sua comuniter, vel divisim interesse putantes universaliter, vel singulariter coniunctim vel divisim in Rom. Curia et extra, semel et pluries, et quoties opus fuerit.

Non obstantibus, quod cause huiusmodi de sua natura forsam ad eandem Curiam non legitime devolvantur; vel in ea, de juris necessitate tractande et finiende. In fine vero dicte Commissionis, sivet Supplicationis cedule scripta erat de alterius manus litera, superiori litere ipsius cedule, penitus et omnino dissimilis, et diversa haec verba vid. De Mandato D.ni n.ri Papae audiat Rev.mus Pr.r D.nus Cardinalis Rothomagensis, resumat, et procedat ut petitur.

Post cuius quidem commissionis, sive suplicationis cedule presentationem, et receptionem nobis, et per nos, ut premittitur, factam fuimus pro parte R.di Patris in Christo D.ni Johannis Benedicto e.pi Tarv: principalis in prescripta nobis facta et presentataa commissione principaliter nominatis. debita cum instantia requisiti, quatenus sibi citationem legitimam una cum inhibitione inserta extra Ro: Cu:, et ad partes contra et adversus Venerabiles Viros D.nos Decanum, Can.cos, et Capitulum Eccl.ie Tarvisine, et presertim Johannem hermanum dicte eccl.ie Canonicum ex adverso principalis in eadem nobis facta, et presentata Commissione ex adverso principaliter nominatus, omnesque alios et singulos sua coniunctim, vel divisim interesse putantes juxta eiusdem Commissionis vim, formam, et tenorem in forma publica, et consueta decernere, et concedere dignaremur.

Nos igitur Jo: Cardinalis Judex et Commissarius prefatus attendentes requisitionem huiusmodi fore justam, atque consonam rationi, volentesque in causa et causis huiusmodi . . .

rite, et legitime procedere, ac partibus ipsis, dante Domino, justitiam ministrare, ut tenemur: Idcirco auctoritate apostolica nobis in hac parte concessa, tenore presentium, vos omnes, et singulos predictos, et vestrum quemlibet in solidum requirimus, et monemus, p:o, 2:o, 3:o et peremptorie, vobisque nihilominus, et vestrum cuilibet in virtute s.te obedientie, et sub excommunicationis pena, quam in vos et vestrum quemlibet, can.ca monitione premissa ferimus in hiis criptis, nisi feceritis quod mandamus districte precipiendo mandantes, quatenus infra sex dierum spacium post presentationem, seu notificationem presentium vobis, seu alteri vestrum factam, et immediate sequens, ita tamen ut in hiis expediendis unus vestrum alterum non expectet, nec alter pro alio se excuset. Quorum sex dierum duos pro p:o, duos pro 2:o et reliquos duos dies vobis universis et singulis supradictis, ac vestrum cuilibet pro tercio, et peremptorio termino, ac monitione Canonica assignamus; prenominatos d.nos Decanum, Can.cos, et Capitulum, et Joh. Hermanum ex adverso principales, omnesque alios et singulos, Sua coniunctim, vel divisim interesse putantes in eorum propriis personis, si eorum presentiam commode habere poteritis; alioquin in hospitiiis habitationum Suarum, si ad ea tutus pateat accessus, Capitulum vero in loco Capitulari, ubi Can.ci eiusdem Eccl.ie pro Capitulo faciendi soliti sunt congregari, si ad illum similiter tutus pateat accessus, et in Cathedrali Tarvisina – sin autem tam Decanum, Can.cos. et Capitulum, nec non Joha. Hermani ex adverso principales, et alios predictos in dicta Cathedrali Tarvisina, ac parochiali, seu parochialibus, apud quam, vel quas degunt, et morantur ecclesiis, aliisque ecclesiis, et locis publicis, dum ibidem populi multitudo infra Missarum, et aliarum horarum Canonicarum solepnia, aut alias legitime congregati fuerint, ubi quum et quoties expediens fuerit, et pro parte d.ti R:di Patris D.ni E.pi Tarvisini principalis super hoc fueritis requisiti, seu alterum vestrum fuerit requisitus, ita quod sit verisimile citationem nostram ad ipsorum citandorum notitiam pervenire, publice, alta, et intelligibili voce ex parte n.ra, ymo verius apostolica peremptorie citare curetis, quos nos etiam tenore presentium peremptorie sic citamus.

Quatenus 15:a die post huiusmodi n.ram citationem per vos vel alterum vestrum eis factam immediate sequenti, si dies ipsa 15. iuridica fuerit, ut nos vel alter forsam loco n.ri surrogandus Iudex, et Commissarius ad iura reddendum pro tribunali sederimus, vel sederit: alioquin proxima die iuridica ex tunc immediate sequenti, qua nos vel surrogandus predictus Rome, vel alibi, ubi tunc forsam D.nus n.r Papa cum sua Curia residebit in dominus (*sic: probabilmente* domibus) n.re solite solite (*sic*) residentie, hora vesperorum, vel quasi ad iura reddendum pro tribunali sedere contigerit, compareant in iudicio legitime coram nobis, vel surrogando prefato per se, vel procuratorem, seu procuratores, ad Causam, seu Causas huiusmodi sufficienter instructos cum omnibus, et singulis suis actis actitatis, literis, et scriptis, iuribus, instrumentis, et munimentis causam, seu causas huiusmodi tangentibus, seu quomodolibet concernentibus prefato R:do Patri D.no E.po Tarvisino, vel eius legitimo Procuratori de et super omnibus, et singulis in dicta nobis facta et presentata commissione contentis de justitia responsuri, ac in toto negotio, et causa, seu causis huiusmodi ad omnes, et singulos actus, gradatim, usque ad sententiam difinitivam inclusive debitis, et consuetis terminis, et dilationibus precedentibus processuri, et procedi visuri, aliasque dicturi, facturi, audituri, et recepturi id quod justitia suadebit et ordo dictaverit rationis: certificantes nihilominus eosdem citatus, ut sive in dicto citationis termino, ut premissum est, coram nobis, vel surrogando n.ro comparere curaverint, sive non, nos nihilominus, vel surrogandus prefatus ad premissa omnia, et singula ad partis comparentis, et cause, seu causis huiusmodi prosequi curantis instantiam, prout juris fuerit, procedemus, vel procedet dictorum citatorum absentia, seu contumacia non obstante.

Et insuper attendentes, quod Causa et Causis huiusmodi, sic coram nobis in Ro: Cu: indecisa pendentibus, . . .

(sesto fascicolo - carta 112.)

nihil sit in partibus per quemcumque innovandum, seu attemptandum: idcirco nos omnibus, et singulis supradictis, quibus presentes n.re litere diriguntur . . .

eadem auctoritate apostolica committimus, et mandamus, quatenus post legitimam dicte citationis executionem universis, et singulis officialibus, Judicibus, Commissariis delegatis, subdelegatis ordinariis extraordinariis quacumque auctoritate fungentibus presertim dom.nis Decano, Can.cis, et Cap.lo Eccl.ie Tervisine, et Johanni hermani dicte eccl.ie Canonico ex adverso principalibus, predictis omnibus aliis, et singulis quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, quibuscumque nominibus censeantur communiter vel divisim, de quibus pro parte dic.ti R:di Patris D.ni E.pi Tervisini principalis vigore presentium super hoc fueritis requisiti, aut alter vestrum fuerit requisitus inhibentes, quibus et nos etiam tenore presentium comuniter et divisim inhibemus; ne ipsi, seu eorum alter, aut quicumque alii in Causa et Causis huiusmodi in vilipendium litis pendentie, et jurisdictionis n.re, ymo verius sedis apostolice contemptum, et dicti R:di Patris D.ni E.pi principalis prejudicium quidquam, per se, vel alium, seu alios publice, vel occulte, directe, vel indirecte quovis quesito colore attemptare, vel innovare, presumant, vel presumat.

Quod si secus factum fuerit id totum revocare, et ad statum pristinum reducere curabimus, justitia mediante. Diem vero citationis n.re huiusmodi, atque formam, et quidquid in premissis feceritis nobis per vestras patentes litteras, sive publicum instrumentum huiusmodi nostrarum letterarum seriem, seu designationem in se continentes, seu retinentes, remissis presentibus fideliter intimare curetis. Absolutionem vero omnium et singulorum, qui prefatam n.ram excommunicationis Sententiam incurrerint quoquomodo nobis, vel superiori nostro tantummodo reservamus.

In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes litteras, sive presens publicum instrumentum huiusmodi nostram citationem una cum inhibitione in se continentes, sive continens, exinde fieri, et per notarium publicum nostrumque et huiusmodi Cause coram nobis scribam infrascriptum subscribi, et publicari mandavimus; nostrique Sigilli jussimus et fecimus appensione communiri.

Datum et actum Rome in domibus n.re solite Residentie sub anno Domini Mill.o quadragesimo tricesimo. Ind. octava. die vero lune, sexta mensis Februarii, Pontificatus prefati D.ni n.ri D.ni Martini divina providentia Pape quinti anno terciodecimo. Presentibus ibidem honorabilibus viris d.nis Guilermo Capele, et Andrea anglici Rothomagensis et Remensis ecclesiarum Canonicis testibus ad premissa vocatis pecialitr et rogatis.

Et ego henricus Stoube de gotis clericus Tolentine Diocesis publicus Apostolica auctoritate Notarius, et Rev.mi in Xp.o Patris et D.ni D.ni Jo: Cardinalis Judicis, et Commissarii prefati et huiusmodi tunc coram eo scriba. Qui pred:te citationis una cum inhibitione petitionis, eiusque decreto, omnibus aliis, et singulis premissis una cum prenomatis testibus presens interfui, eaque sic fieri vidi, et audivi. Ideo hoc presens publicum instrumentum per alium fideliter scriptum exinde confeci, subscripsi, et publicavi: signoque et nomine meis solito et consueto una cum appensione sigilli prelibati D.ni Cardinalis Jud. et Commissarii signavi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum, rogatus et requisitus.